

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:  
Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam  
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius  
notitiam, informatio**

**Creide, Hartmann**

**Frankofurti ad Moenum, 1682**

Dominica IV. adventus

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126164)

## Dominica IV. Adventus.

sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo, 2. Cor. 1. v. 12. Die novissimo hæc laus plenè resonabit, quando Dominus opera misericordiae, membris suis exhibita, publicè commendaturus est, dicens: Esurivi & dedistis mihi manducare, Matth. 25 v. 35.

Eò cogitationes nostras intendere debemus, libenter contumeliam patientes pro nomine Jesu, Act. 5. v. 41. eà fiducia freti,

quòd merces nostra eò copiosior futura sit in cælis, Matth. 5. v. 12. tunc enim unicuique laus erit à Deo. 1. Cor. 4. v. 5.

Id quod nobis omnibus ex gratia largiri dignetur cœlestis Pater per Filium suum dilectum, Dominum & Servatorem nostrum Jesum Christum, in Spiritu Sancto, DEUS benedictus, in secula seculorum, Amen,  
Amen!

## Dominica IV. Adventus.

Evangelium Ioh. 1. v. 19---28.

## EXORDIUM.

**P**harao Ægypti Rex, pium Josephum exaltaturus & Pro-Regem Ægypti constituturus, fecit eum ascendere super currum suum secundum præmissosq; præcone clamari iussit coram eo: Hic est Pater patriæ! ut qui libet certior foret, qualem ipsum haberi vellet, Gen. 41. v. 43. & seqq.

*Hoc Christo Servatori applicari potest, cuius typus Iosephus fuit.*

Quemadmodum enim Iosephus dilectissimus Patris sui filius fuit, sed multis iccirco injuriis affectus à fratribus suis: sic etiam Christus unigenitus filius est, qui est in sinu patris, Joh. 1. v. 18. in quo ipsi complacuit, Matth. 1. v. 17. sed à fratribus suis quoad carnem, Judæis videlicet, multis injuriis lacessitus est, qui occisum suspenderunt in ligno, Act. 10. v. 39. In propria enim venit, & sui eum non receperunt, Joh. 1. v. 11.

Pharao præconem præmisit, Josephum populo præfecturus, qui tenebatur po-

pulo annunciare, quis esset, nempe Pater patriæ, h. e. c. j. n. d. Dominus, absque cujus imperio non moveret quisquam manum, aut pedem, in omni terra Ægypti, Gen. 41. v. 44.

Sic etiam Pater cœlestis Johannem Baptistam præmisit, cum Filium suum Salvatorem mundo præficere vellet, qui etiam publicè de eo testimonium perhibuit, quòd esset vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Joh. 1. v. 9. agnus Dei, qui tollit peccata mundi vers. 29. Dominus item super omnia, cui Pater dedit omnia in manu ejus, Joh. 3. v. 35.

Sicuti itaq; matutino tempore, solem orientem clarissima stella præcedit, ut diem annunciet, unde etiam phosphorus illa appellatur: Sic cum Christus sol justitiæ, Mal. 4. v. 2. è tentorio majestatis & gloriæ suæ divinæ, in plenitudine temporis progressus est, tanquam sponsus de thalamo suo, exultavitq; ut gigas, ad currendam viam suam, quam

quam ipsi Pater celestis, ad redemptionem humani generis constituerat, Psal. 19. v. 6. anteq̄ clarissima stella apparuit, nempe Johannes Baptista, qui quasi exclamavit: ecce sponsus venit, exite obviam ei, Math. 25. v. 6. Joh. 3. v. 29.

Quando *ver adventat*, cum ipso diei diluculo aves cantillant, quæ cantu suo solem quasi excipiunt: sic in deserto quoque vox clamantis exaudita est, cum Messias adventuriret, qui peccata obsignavit, iniquitates expiavit, & sic lucem & vitam mundo reddidit, ut jam lætabundi dicere possimus: Ecce, jam hycis transiit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit: vox turturis audita est in terra nostra, Cant. 2. v. 12.

Sicut igitur supina ignorantia, vel, ut rectius dicam, malitiosa petulantia esset, si quis præconem pro Rege, phosporum pro sole, & amicum sponfi pro sponso ipso habere, & honorem, qui Domino debetur, ministro offerre vellet: Sic Judæi grandem errorem errarunt, dum posthabito Christo, Baptistæ honorem Messia detulerunt. Quibus verò graviter se opposuit, confessionemque publicè edidit, clarè contestans, non se Christum, aut promissum mundi Salvatorem esse: sed præmissum duntaxat, ut viam eidem pararet, uti pluribus ex prælecto Evangelio audiemus.

Ad quod ipsum conferemus nos, absq; ulteriori præloquio, meditaturi ex eodem:

I. Ἀνθρωπολογίαν, sive *notitiam nostri.*

II. Χριστολογίαν, sive *notitiam Christi.*

J. J.

Exegetis.

Pii Veteres præsentem Dominicam appellarunt *Dominicam Vacantem*, quia in introitu ex Psal. 46. vers. 11. cecinerunt: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terrâ. Quo ipso pii illi Veteres haud dubiè respexerunt præsens Evangelium, ex quo percipimus, quomodo Antistites Hierosolymitani, non Jesum Nazarenum: sed Johannem Baptistam pro Messia, & Rege Sionis agnoscere, decreverint. Sed inique: propterea Psalmus ipsos & similes illorum de stultitia hac dehortatur, ut circumspicere agant, monens: ne honorem Messia, ei, cui non debeatur, deferant, fore enim aliàs, ut ipsis in errore relictis, inter Japhitas ecclesiam sibi constituat, sicuti Noah dudum eò collineaverat, Gen. 9. v. 27.

Sed simul nos quoque monemur, quomodo cum Johanne in silentio & spe quiescere, Esa. 30. vers. 15. nec nimis Diabolum cum organis suis metuere debeamus, si blandis & lenificis verbis, vel etiam insidiosis technis à veritate Evangelica nos abducere satagent: sed Christo causam nostram committere, qui hic per Baptistam Antistites illos confudit, & in ruborem coniecit. Hic etiam unicuique nostrum animum addet, nec minus spiritum & sapientiam dabit, Matth. 10. vers. 19. ut doctiores simus super omnes discentes, Psal. 119. v. 99. & progrediamur de victoria ad victoriam, Psal. 84. vers. 8.

Interea tamen non nimis vacabimus, sed occasionem quaremus, quomodo ex

D

Evan-

Evangelio præfente, *notitiam nostri* discere possimus. Quod quidem fieri potest, si contemplerur:

I. *Judaicam legationem.* Quia enim Baptista dimidium annum in loco ordinario, qui Hierosolymis erat, non docuerat: sed in deserto: novam baptismi Cereimoniam in populo Dei minus usitatam inchoando, omnesque Christo jam baptizato, qui etiam docendi ministerium jam orsus fuerat, ad pœnitentiam subinde invitando: Propterea Præpositi Hierosolymitani id diutius ferre non poterant: sed quia sibi inspectio templi & Synagogarum demandata, deliberato consilio ad ipsum mittebant, quæsitum: quis sit ille Johannes, & unde potestatem habeat, novam hanc doctrinam propalandi. Nec propterea culpandi adeo videntur, juxta illud, 2. Joh. 1. vers. 10.

*Hic examinent sese omnes Christiani Magistratus, quibus vi instrumenti Pæcis, jus Episcopale in ecclesias Augustan. Confes. demandatum, an debitam vigilantiam, omnibus scandalis, & in doctrina & in vita se opposuerint, & subditos suos ab iisdem sedulo præservaverint?*

Diabolus est spiritus indefessus, qui terram circumit & perambulat, Job. 1. vers. 7. & ad zizania disseminanda dies noctesque vigilat: imprimis optimâ occasione potitur, hominibus dormientibus, & in securitate degentibus, Matth. c. 13. vers. 15. Unde nos Christus diligenter præmonet: Cavete vobis à Pseudo-Prophetis, Matth. 7. vers. 15. Præcipue verò Christiano Magistratui, tanquam nutritiis & nutritibus ecclesiæ inspectio in-

cumbit, Esa. cap. 49. vers. 23. Quando itaque scandala veræ religioni adversa ori-ri vident, & audiunt, in tempore vigilare debent, & justo zelo accensi, ea eradicare, quò appareat, magistratum in regione aut civitate esse, qui mala puniat, bona verò remuneret, Rom. 13. vers. 4. ita quoque Ecclesiæ præesse, ut omnia decenter & ordine fiant, 1. Cor. 14. vers. 40.

II. *Deliberatam interrogationem.* Quæ quidem brevis, at magni momenti est, variasque utiles meditationes in nobis excitare potest. Tu quis es? ajunt. Quo ipso, non nomen, genus, & patriam explorant, quod non ignorabant illi: sed vocationem & doctrinam, q. d. Fortassis Messias es, quod hæctenus nos celasti: Unde visum fuit Præpositis nostris, ut nomine suo te interrogemus, utrum ille sis, quem majores nostri anxio desiderio hæctenus expectarunt, nempe Siloh, Genes. 49. v. 10. magnus Propheta à Mose promissus, Deut. 18. v. 15. Emanuel, Esa. 7. vers. 14. Angelus fœderis, Mal. 3. v. 1. delitiæ omnium gentium, Hag. 2. v. 8. Zemah, Zach. 6. v. 12. & quæ plura præclara epitheta ei in facris assignantur. Exploratum enim planè habebant, tempus Messiæ instare, sceptrum erat ablatum, Genes. 49. v. 10. In Mosis cathedrâ sedebant Scribæ & Pharisei, Matth. 23. vers. 3. Septuaginta quoque hebdomades ab Angelo præfinitæ, præterfluxerant, Daniel. 9. v. 24. Quia itaque Johannes vir erat sanctimoniam inclytus, qui ex matre decrepita & sterili natus, duram hæctenus vitam duxerat: his rationibus moti, quæsitum suos ablegant, tu quis es? quamvis in errore haud tenui versarentur: Messias enim nascendus

è tri-

è tribu Judà erat, Genes. 49. v. 10. è Regio stemmate Davidis, 2. Sam. 7. vers. 12. ex virgine, Esa. 7. v. 14. in Civitate Bethlehemi, Mich. 5. v. 2. doctrinam quoque suam stupendis miraculis confirmare tenebatur, Esa. 35. v. 5. Horum nihil conveniebat Johanni, siquidem è tribu Leviticà, in civitate sacerdotali Hebron, matre senio confectà, ex conjugali commistione natus, Luc. 1. vers. 36. nullum unquam signum fecerat, Joh. 10. v. 41. Tamen adeò occæcati erant, ut hæc omnia non cernerent, Christum proderent, & Baptistæ, Præcursori ejus honorem Messis, ambabus manibus offerrent, quo ipso pœnam à Davide prædictam incurrerunt: qui alium infecuti sunt, multiplicarunt molestos labores suos. Psal. 16. vers. 4.

*Hic nosce teipsum in terminis terminantibus occurrit, ut quilibet seipsum agnoscere & dicere possit: Tu quis es?*

1. *Respectu primæ originationis.* Responsio in promptu erit: quid esses nisi homo? quoad corpus quidem, pulvis, terra, & cinis, Sirac. 10. v. 9. quoad animam verò ejusmodi homo, qui ratione & judicio pollet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum, Esa. 7. v. 15. Deus enim inspiravit tibi animam viventem, Gen. 2. v. 7. quæ, moriente te, revertetur ad Deum, Eccl. 12. v. 7.

Quodsi igitur homo es, corpore adeò imbecilli & fragili præditus, quid superbis terra & cinis? Sirac. 10. vers. 9. & seq.

Si homo, animâ immortali præditus? unde est, quod ejus non diligentiorum curam geras? Cum tamen omnia terrena bona & dona longissimè illa superet?

*Omnia nobis duplicia dedit Deus, duos oculos, duas manus, duos pedes, si igitur horum alterutrum ledatur, per alterum necessitatem consolamur. Animam verò tantum unam dedit, si hanc amiserimus, quacunque vivemus?* ait Chrysostronus. Vide Matth. 16. v. 28.

2. *Respectu commissæ functionis.* Tres enim status Deus ordinavit, & cuilibet regulas certas præscripsit, juxta quas actiones & vitam suam instituere debet. Rom. 12. vers. 7.

*Hic quare te, tu quis es? Si verbi minister es: sollicitè cura, teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè secantem verbum veritatis, 2. Tim. 2. v. 15. nihil extrà dicens, quàm ea quæ Prophetæ locuti sunt, futura esse, & Moses, Act. 26. v. 22. ad legem & testimonium, Esa. 8. v. 18.*

*Si Magistratus munere fungeris, dilige justitiam, Sap. 1. vers. 1. Sirac. 4. vers. 8. Si Pater - aut Mater - familias: educa liberos tuos in admonitione & disciplina Domini, Ephes. 6. v. 4. Dispone negotia tua in judicio, Psal. 112. v. 5. amplectere pietatem, 1. Tim. 4. v. 8. Eccles. 12. vers. 14.*

3. *Respectu Christiana Professionis.* Multi hodie inveniuntur Christiani nomine superbientes, at omni carentes. *Quære igitur te: tu quis es?*

*Si Christianus: has regulas observa:*

1. *Rectè credito.* Nempe in eum, à quo denominaris Christianus. Huic enim omnes Prophetæ testimonium perhibent. Act. 10. v. 45.

2. *Piè vivito.* Non instar Epicureorum, aut ethnicorum, sed ad exemplum, quod tibi Dominus & Magister tuus

reliquit, 1. Petr. 2. vers. 21. Discedat ab omni iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini, 2. Timoth. 2. vers. 19. 2. Corinth. 6. vers. 15. Sic age, quæ muneris tui sunt, audi cum omni concupiscentia sapientiam, Siracid. 3. v. 35. Obedi præpositis tuis, Hebr. 13. v. 16. Exhibe magistratui timorem & honorem, Rom. 13. v. 7. & quæ aliàs ad te spectant, sollicitè observa. Cæterum potes Deo imbecillitatem tuam confiteri, qui patiens est nobiscum, 2. Petr. 3. vers. 9. quoniam ipse cognovit figmentum nostrum, Psal. 103. vers. 14. & dissimulat peccata hominum, propter pœnitentiam, Sap. 11. v. 24. 3. Crucem ferto, Matth. 16. v. 24. Matth. 10. vers. 38.

*Hoc examen perquam necessarium est, ut Christianus quilibet secum instituat; sic non modò peccatis resistere: sed & in agnitione DEI crescere & abundare poterit, 1. Thessal. 4. vers. 10. In hac vita æterna consistit. Johan. c. 17. vers. 3.*

III. *Johannicam declarationem.* Confessus est enim, & non negavit, & confessus est: quia non sum Christus. Sic Emphaticè Johannes respondit, quod & Evangelista studiosè, ad constantiam ejus in confessione indicandam, expressit. Poscenti enim rationem de spe & fide, quæ in nobis est, parati esse debemus semper, ad satisfactionem, 1. Petr. 3. v. 15. Quantò magis Evangelio à Satanae organis contradicitur: eò efficacius virtute sua penetrat. *Sagitta hæreticorum nihil aliud sunt, quàm cotricula, quâ fides & diligentia nostra acuitur. Esa. cap. 28. vers. 19.*

*Hic se ipsum probe svelim, mi Christiane!*

*an exemplo Baptista confessionem tuam impetervit edideris, aut edere paratus sis. si à te forte illa requiratur?*

Multi sunt, qui terreni lucri gratiâ, aut cum Pontificiis colludunt, aut aliàs jugum ducunt cum infidelibus, 2. Cor. 6. v. 14. In corde amplectuntur Evangelii doctrinam, uti videri volunt: sed publicam confessionem respuunt. Sed hypocritæ hi sunt, qui magis diligunt gloriam hominum, quàm gloriam DEI, Johan. c. 12. vers. 43.

Genuinos Christianos non dispudeat fidei confessionis: sed cum animi latitia, necessitate ita requirente, edant juxta illud: Credidi, propter quod locutus sum, Psal. 116. v. 10. qui hoc non facit, sed in confessione aut mutus est, aut ambigè respondet, ille nec frigidus nec calidus est, & evometur ex ore Christi, Apocalyps. 3. vers. 16.

In confessione nobis præverunt, David, Psal. 119. v. 46. Sadrach, Mefach, Abednego, Dan. 3. v. 16. Elcasar, 2. Maccab. 6. v. 18. 28. Mathatias, 1. Macc. 2. v. 19. quæ exempla nos ad parem constantiam inflammare debent, Matth. 10. v. 32.

### De Secundo.

Nunc ad alteram partem accedemus, *ἡ ἀγγελία*, sive *notitiam Christi* contemplaturi.

Hic nobis proponitur in Evangelio hoc:

1. *Tanquam præparationis amator*, cui perplacet, si ipsi via præparetur, ut cum gaudio & sine offendiculo ad nos ingredi possit. Hoc officium fuit Johannis Baptistæ, de quo ipse ait: Ego vox clamantis in de-

in deserto: dirigite viam Domini: sicut dixit Esaias Propheta.

Quando terrenus aliquis Princeps in via est, ingressum suum in urbem aliquam primariam celebraturus, tum viæ & plateæ complanantur, domicilia exornantur, cives in procinctu stant, dispoitione tormentorum & bombardarum eum excipientes, nihilque intermittentes eorum, quæ ipsi honori & delectationi esse possint.

Christus Servator noster optimus, sanè magnus est Dominus, inò Dominus super omnia, Act. 10. v. 36. iccirco æquum est, ut ipsi viam paremus, & omnia è medio tollamus, quibus ingressus ejus ad nos impediri possit. Esa. 40. vers. 3. 4.

Fiat id per seriam & non fucatam venientiam. Ad quam tres partes requiruntur:

I. Seria cordis contritio. Hùc Propheeta collineat, dicens: Omnes colles & montes humilientur; quæ Metaphoricè intelligenda sunt, de cordibus superbis & inflatis, quæ præ spirituali superbia sese inflant & turgentes extollunt, montium & collium instar, qui præ alia terra eminent, persuasi, se operibus suis tantum promeritos, ut ex merito, & ut loqui amant, de condigno cœlum sibi debeatur, exemplo Pharisæi inflati, Luc. 18. vers. 11. Hi Deo sunt abominabiles, ideoque montes hi & colles planandi & humiliandi sunt, si cœlestis gloriæ Rex apud eos divertere debeat. Tria enim habitacula habet, in quibus habitare amat: primò in excelsis, h. e. in cœlo, quod occupavit à resurrectione sua, undè rediturus est die novissimo ad judicandum vivos & mortuos, Act. 1. v. 11. Deindè in sancto

habitat, h. e. in ecclesia, in medio candelabrorum aureorum, Apocal. 1. vers. 13. Tertiò, cum contrito & humili spiritu, Esa. 57. v. 15.

2. Fiducialis Christi apprehensio. Fides enim cum omnibus beneficiis Christum apprehendit, sibi que applicat: hoc ipso valles exaltantur, ut Propheeta ait, h. e. ejusmodi corda, quæ molem peccatorum sentiunt, & propterea in tantas angustias, & mentis perturbationes conjiciuntur, ut oculos non attollere audeant ad cœlum, sicut publicanus ille, Luc. 18. v. 13. Hi non relinquuntur in ærumnis & angustiis istis: sed vivificà Spiritus Sancti consolatione erigentur, ut cum Stephano cœlum apertum videant, Act. 7. v. 56. & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis, Joh. 1. vers. ult. Rom. 5. vers. 20. 21.

3. Premissa vita correctio. Hinc Propheeta ait: Et fiant curva in directâ, & aspera in vias planas. Per curva & aspera intelligitur omnis avopula h. e. quicquid contra utramque legis tabulam est, vultque Propheeta unumquemque commonere, ut vitam suam ad legis normam examinet, & si quid curvum aut asperum offendat, abiciat, quò voluntas ejus cum sancta Dei voluntate, & vita cum sancta vita Christi conveniat, juxta vestigia, quæ nobis reliquit, 1. Petr. 2. v. 21. Si ita Messia viam præparaverimus, Dilecti! voluptati id erit Regi nostro, & divertetur apud nos, est enim sanctus, inò sanctissimus, Dan. 9. v. 24. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est, 1. Joh. 3. v. 3.

II. Tanquam noster mediator. Medius enim vestrum stat, inquit Johannes; quo ipso indicat, mediatorem eum esse Dei &

hominum, 1. Timoth. 2. v. 5. quia enim iniquitates nostræ diviserant inter nos & Deum nostrum, Esa. 49. v. 2. ipse in medio se stetit, & de utriusque naturâ participat, tanquam Deus & homo in una persona: sic Deum offensum & lapsum hominem, sibi inimicissimos redunivit, ut cum Paulo dicere possimus: Justificati fide, pacem habemus. Rom. 5. v. 1. 2. Cor. 6. v. 16.

Hoc probè teneamus. Sicut enim Sol medius est inter Planetas, ut totum orbem illuminet: sicut militiæ dux in medio militum versatur, ut animum iis addat: & veluti Doctor in medio discipulorum sedet, ut instruat eos: Sic Christus sol est justitiæ, Mal. 4. v. 2. & potens heros in prælio, Psal. 24. v. 8. Doctor eruditæ linguæ, Esa. 50. v. 4. hinc in medio nostrum consistit, ut omnium beneficiorum ejus participes evaderemus.

Inserviant hæc:

*Consolationi nostræ*, quod habeamus Servatorem nostrum in medio, qui undique nobis auxilium ferre potest. Sæpe fit, ut in hoc mundo simus haud aliter, ac rosa inter spinas, Cant. 2. v. 2. ut ovis inter lupos, Matth. 10. v. 16. Ut Daniel inter leones, Dan. 6. v. 16. Sed Servatore in medio nostrum consistente, nihil est, quod pertimescamus: ipse est magna vis, potentia, turris, petra, salus, & refugium, Psal. 62. v. 3. est in medio nostrum, sicut columna nubis inter Israelitas & Ægyptios, dividens inimicos nostros à nobis, Exod. 14. v. 19. Prov. 18. v. 10.

III. *Tanquam Johannis anticipator*. Qui post Johannem venit, & ante eum fuit. Hoc absonum videri possit. Nam aliàs sic se res habet, ut, qui in nativitate prior est, non posterior sit. De Christo au-

tem Johannes dicit, quod ante se fuerit, & tamen post se quoque venturus sit. Causa est, quia *gemina Gigas substantia est. Juxta divinam subsistentiam* fuit ante Johannem, ratione æternæ generationis à patre. Psal. 2. v. 7. egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis, Mich. 5. v. 2. *Juxta humanam autem hypostasin* post eum venit. Johannes enim sex menses eum antecessit, ut patet ex Luc. 1. v. 36. Venit quoque post eum, quia post Johannem ministerium suum inchoavit, & miracula patravit, Marc. 1. v. 14. tum etiam, quia voci huic clamanti efficaciam communicavit, ut multorum corda permoverit, & poenitentiam excitaverit.

Confirmatur itaque hic *secundus Articulus Symboli Apostolici*, quo confitemur, quod Jesus Christus verus sit Deus à Patre ab æterno genitus, idemque verus homo, ex Maria Virgine in tempore natus. Talis enim nobis redemptor fuit necessarius, qui simul Deus & homo esset. *Deum oportuit esse*, ut opera Messie propria exantlaret: merus enim homo ea præstare non potuit, Psal. 49. v. 9. *Hominem*, ut pati & mori posset: tantus enim peccatorum fuit reatus, ut non nisi morte ejus, qui *Dei spiritus* esset, expiari poterit. Vide Actor. 20. v. 28. 1. Joh. 1. v. 7. *Hominem* quoque idè esse oportuit, ut omnem justitiam in lege à nobis requisitam, Deo Patri impleret, Rom. 8. vers. 3.

Tum *hominem fore opus fuit*, ut per omnia fratribus assimilaretur, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, Hebr. 2. v. 17. imò ut esset pignus & arrhabo Dei erga nos homines, qui ardentissimum amorem suum non copiosius



in nos effundere potuit, quàm incarnatione filii sui, 1. Joh. 4. v. 9.

Utrumque igitur credendum est nobis, & quod Servator noster verus Deus sit à patre ab æterno genitus, Psal. 2. v. 7. Hinc Ignatius : *Qui tollit divinitatem Christi, Diabolus est, & hostis omnis justitie* : Et quod verus homo sit, semen mulieris, Gen. 3. v. 15. fructus ventris Mariæ, Luc. 1. v. 42. Justum germen Davidis, Jerem. 23. v. 5. Nam ut Damascenus ait : τὸ ἀπρόσκλητον ἀδιεργάτευτον, quod non assumptum non curatum. Propterea Diabolos in æternum damnatos esse oportet, quoniam non Angelos. sed semen Abrahæ Christus assumpsit, Hebr. 2. v. 16. Qui hoc novit, satis

doctus est ad regnum cœlorum, Matth. 13. v. 52. gratusque erit Christo Servatori. Quando igitur die ultimo post Johannem venturus est, dividens dolores furoris sui, super omnes, qui hunc primum & novissimum despexerunt, ejusque verba perverterunt : hos, qui notitiam ipsius probè didicerunt, donabit perfectâ justitiâ, Sap. 15. v. 3. & in æternam gloriam introducet, ubi non ex parte cognoscemus, 1. Cor. 13. v. 10. sed omnes à Deo docti, Jer. 31. v. 34. Dominum sicuti est videbimus, 1. Joh. 3. v. 2. imò à facie ad faciem, 1. Cor. 13. v. 12. Quod largiatur nobis cœlestis Pater, per Dominum & Servatorem nostrum, Jesum Christum in Spiritu Sancto, Amen.

## In Festo Nativitatis Christi.

*Evangelium Luc. 11. v. 1. usq. ad 15.*

### EXORDIUM.

**C**um Patriarcha Jacobus, aliquando rure sub dio pernoctaret, tulit de lapidibus, qui jacebant, & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco. Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum : Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam ; & Dominum innixum scalæ dicentem sibi : Ego sum Dominus Deus Abraham, patris tui, & Deus Isaac. Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. Eritque semen tuum sicut pulvis terræ ; dilataberis ad Orientem & Occidentem, & Septentrionem & Meridiem : benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ, Gen. 28. v. 11. & seqq.

*Hæc mysticè intelligenda veniunt.*

*Nam somnium hominis non scriberetur, nisi*

*magnum pietatis mysterium in eo præfiguraretur, Augustinus ait.*

1. *Ratione facti.* Nam τ. cœlum aperiēbatur. Sic æternus Dei Filius in incarnatione sua quasi cœlum dirupit, Es. 45. 8. & 64. v. 1. & pastores in regione Bethlehemiticâ claritate sua circumfulsit, Luc. 2. 9. ut indicaret, se esse Dominum de cœlo, 1. Cor. 15. v. 47. splendorem gloriæ, & characterem substantiæ ejus, Hebr. 1. v. 3.

2. Scala stabat super terram, & cacumen illius tangebatur cœlum. Sic Christus est justum germen Davidis, & tamen quoque Jehova Zidkenu, Jehova justitia nostra, Jer. 23. v. 5.

3. Scala habebat duo ligna erecta, statuta, quæ per transversalia connexa erant, & scalam constituēbant : Sic in Christo due sunt naturæ, divina & humana.

Sola

Sola divina non potuit nos transferre in cœlum, neque sola humana; propterea Messiam oportebat *θεὸς ὁμοιωθεὶς* esse in una persona: Deum quidem; ut posset obsignare peccatum, expiare iniquitatem, & adducere justitiam sempiternam, Daniel. 9. vers. 24. hominem; ut pati & mori posset. Sine sanguinis effusione enim nulla fit remissio, Hebr. 9. vers. 22.

4. Scala distinctos habet gradus: sic Servator noster à primo conceptionis gradu paulatim altius ascendit, donec reseat ad dexteram Dei Patris, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed & in futuro, Eph. 1. v. 20. 21.

II. *Ratione benefacti.* Beneficia enim incarnationis sunt

1. *Cœli referatio*, quod propter peccata clausum erat. Genes. 3. vers. 24. Sed hodie cœlum referatur & panditur. *Scala paradisi fracta in Adamo, reparata est in Christo*, ut angeli Dei ascendunt & descendunt super filium hominis. Johan. 1. v. ult.

2. *Patris reconciliatio.* Sicut enim Deus Pater etiam in hac scala apparebat, dum scalæ innixus, promittebat Patriarchæ, quod in semine ipsius cunctæ tribus terræ benedicendæ sint, Gen. 22. v. 18. Sic cœlestis ille Pater erga lapsam genus humanum se declarat, quod futurus sit nobis in patrem, & nos futuri simus ipsi in filios & filias, 2. Cor. 6. v. 16. Christus enim, cujus natalem hodie celebramus, est unus homo in gratia, Rom. 5. v. 15. in quo nos gratificavit Pater. Eph. 1. v. 6.

3. *Angolorum associatio.* Sicut enim

Angeli in scala Jacobæ ascendunt & descendunt: Sic Christus sanctissimâ incarnatione suâ acquisivit nobis, quod sancti angeli non ulterius hostes, sed coarservi nostri sint, Apocal. 22. v. 9. in ministerium emissi propter eos, qui hæreditatem capient salutis, Hebr. 1. v. 14. quos non modo in omnibus viis suis custodiunt, Psal. 91. v. 11. sed etiam in morte quoad animam, in sinum Abrahamæ portabunt, Luc. 16. vers. 22.

De summo hoc mysterio in ecclesia agitur, gratiosissimo hoc incarnationis festo, Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, quod jam præsens est. Accessum igitur ad Evangelium nostrum facturi, ex instituto, juxta illud considerabimus:

I. *Ἀνερωπολογία*, sive *notitiam nostri.*

II. *Χριστολογία*, sive *notitiam Christi.*

Sed ut tempori inferviamus, hæc vice priorem duntaxat partem enucleabimus: alteram in sequentem concionem rejecturi.

J. J.

*Exegetis.*

Omnia quæ filius Dei perfecit, eò spectant, ut propriam nostram imbecillitatem & inopiam consideremus, juxta illud Bernhardi: *Erubescere, superbe civis, Deum se humiliat, & tu te exaltabis?* Idem potius sentiamus in nobis, quod & in Christo Jesu, Phil. 2. v. 5. discentes ab ipso mansuetudinem & cordis humilitatem, Matth. 11. vers. 29.

Discimus autem ex præsentate Evangelio *notitiam nostri*, si examinamus

I. *Impo-*

1. *Impofitum cenfum.* Factum autem eft in diebus illis : exiit edictum à Cæfare Augufto, ut describeretur univerfus orbis. In Græco eft vox ἀπογραφῆς, quæ fignificat describere & annotare, unde nonnulli in eâ opinione funt, quod Imperator Auguftus edictum hoc promulgaverit, non ut pecuniam colligeret, fed ut experiretur, quam dives fubditis effer, quod à Davide quoque factum legimus, 2. Sam. 24. v. 1. Sed *Josephus*, Judaicus ille *Historiographus luculenter teftatur, non modo nomina fed & facultates Judæorum defcriptas fuiſſe, & quodlibet caput dimidio ſiclo æſtimatum, hoc eſt, ut Lutherus noſter in margine explicat : quarta parte floreni.*

Hoc non adeo culpandum : dum enim Magiſtratus pro lege & grege vigilat, laboriſt ſtipendio aliquo dignus erit. Rom. 13. v. 4. ſeqq.

*Hic examinet ſe Magiſtratus, an non interdum hac in parte modum exceſſerit, & ſubditos novo & intolerabili cenſu, & iniquis tribulis gravaverit : Sed & ſubditi ſeſe probent, an illud, quod Magiſtratus ex re & vero debetur, cenſum, tributa, vectigalia, ſine tergiverſatione & mormuratiõne, animo ſpontaneo & æquo erogaverint.*

Hic locum habet illud Poetæ :

Ilic inſtra muros peccatur & extra.

Uerterthan umd Obrigkeit/  
Fehlen hierin beyderſeit.

Quod Magiſtratus concernit, hi non amplius contenti eſſe volunt lana : ſed oviculas nonnunquam plane deglubunt. Exemplo Rehabeam, 1. Reg. 12. v. 14. & Joas, 2. Chron. 36. v. 3. Ezech. 19. v. 3.

Exempla Juliani Apoſtata, Nicephori Phocæ, aliorumque in profanis Hiſtorũs obvia ſunt.

*Antigonus* Lacedæmoniorum rex, adeo avidus erat pecuniæ, ut omnem occaſionem captaret, quomodo à ſubditis exprimeret. Cum quis eum ideo objurgaret & moderationem ſuaderet, quod & Alexander Magnus, Rex potentiſſimus fuerit, qui tamen multo mitiorem ſe exhibuerit, reſpondebat : *Ille metebat Aſiam, ego ſtipulas colligo.*

Sic adhuc hodie Magnates abutuntur ſubditis ſuis, dum ſibi perſuadent, licere ſibi cum iis pro arbitrato agere. Sed perperam ſentiunt. Non enim abſoluti ſunt Domini, ſed excelfo excelfior eſt cuſtos, Eccleſiaſt. 5. v. 7.

Cum *Antigonus* civitatibus Aſiæ uno anno geminum tributum imponeret, graviffimo conquerebantur ideo, & Hybreas nomine omnium ajebat : *Si potes uno anno biſ tributum exigere, duas etiam aſtates, & duos autumnos in uno anno nobis effice.* Si Hybreas hic, noſtro hoc tempore viveret, quid diceret, ubi non ſemelſtri, ſed ſingulis menſibus, quin & ſeptimanis tributum exigitur ? Sanguisugæ dux ſunt filix, dicentes : affer, affer, Prov. 30. v. 15. Sed grande hoc eſt peccatum : Panis egentium, vita pauperum eſt : qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt, Sir. 34. v. 25.

Sed & à parte ſubditorum magnus defectus eſt. Inveniuntur enim, qui nihil reatum putant, quod Magiſtratus ordinat, & quando cenſus, tributum, aut vectigal ali- quod exigitur, maledictorum, convitiõrum & calumniarum finis non eſt, non perpendentes, quod emolumentum Reip. ita exi-

E gat,

gat, ut fub tutela Magiftratus, quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & honeftate, 1. Tim. 2. v. 2.

Accidit aliquando, ut *Romani cives ad- verfus Senatum infurgerent*, quod ipsis in exigendis tributis modum excedere videretur: Propterea relinquebant Urbem, & montem quendam occupabant: Nimis hoc periculofum videbatur, ideo Agrippa Menenius egrediebatur ad illos, recensens ipsis fequentem apologum: Membra humani corporis gravabantur aliquando de stomacho, quod ipfe otiofus omnia consumeret, quæ ipsa acquirerent, ideo confilium capiebant, in pofterum fe alia via rem aggressuro esse, manus fc. non amplius laborare, dentes non masticare, pedes & omnia alia membra quiescere debere, ut stomachus deprehenderet, non omnia sibi tribuenda. Paucis vero diebus interjeftis, manus & pedes debilitabantur, & totum corpus enervabatur, quia stomachus nullum cibum digerere & illis communicare poterat. Hoc audito, aliter sentiebant, intelligentes, quam necessaria stomachi sustentatio foret, & haud invita quisque pro modulo suo, erogabant, hinc factum, ut brevi pristinae salutis restituerentur.

Haud inconcinna est hæc comparatio. Sicut enim omnia membra à stomacho alimenta & sustentationem habent: Sic etiam subditi omnem, si à Deo discefferis, salutem habent à Magiftratu, ut unusquisque sub vite sua, & sub ficu sua habitare, & benedictione Dei in quiete frui queat. 1. Reg. 4. v. 25.

Sicuti autem quodlibet in corpore humano membrum, quod suum est, peragere debet in commodum stomachi, quò deinde

cibum digerere, & cuilibet membro vires suppeditare possit: Sic decebit subditos, Magiftratus præposito ultro tribuere, quod ipsis ex æquo debetur, ut res publica in flore conservetur. Fecerunt id Iosephus & Maria, ut Evangelium testatur: ecqui ergo nos hic eximeremus? Omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit. Rom. 13. v. 1.

*Hæc doctrina per-necessaria est.* Quamvis enim non defint, qui non de tempore esse arbitrentur, dum præfens festivitas alium locum communem, consolatione refectum exigat. Sciant tamen quod census non temere in Evangelio mentio facta sit, sed Spiritus Sanctus hoc ipso indicavit, quid Iesulo recens nato acceptum ferre debeamus.

Israëlitis in Ægypto vehementer afflicti, Moses succurrebat, qui liberabat eos. Exod. 3. v. 11. Nos meliorem & præstantiorem redemptionem, accepimus per Christum, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum peculiarem, zelotem bonorum operum, Tit. 2. v. 14. Quando itaque magni census & tributa nobis pendenda veniunt, consolari nos possumus, quod tantum temporalia concernat, quæ relinquenda in mundo sunt, Psalm. 49. v. 18. Spiritualem census Christus pro nobis exsolvit, dum donavit nobis omnia delicta, & delevit, quod adversus nos erat, Chirographum, Col. 2. v. 14. Hæc grato animo revolvenda sunt: Si enim filius vos liberaverit, vere liberi estis. Joh. 8. v. 36.

Porro discimus *notitiam nostri*, si consideramus:

II. *Natum infantulum.* De Maria enim in

in Evangelio dicitur: Peperit filium suum primogenitum; & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio. Angelus quoque ad Pastores ait: Et hoc vobis signum, invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.

Potuillet Messias in perfecta viri statura sese exhibere, uti Adam & Eva: sed aliter placuit ipsi, in hoc quoque fratribus suis famulus factus, Hebr. 2. v. 17.

Nihil est in terra jucundius quam infantulus, in cunabulis & lectulo requiescens. Nihil blandius! nihil amabilius! si forte ad iram provocetur, facile in gratiam redit, modo amice cum eo converseris. Jesusulus recens natus, haud aliter nobis videri debet, qui non venit, ut horrorem incutiat, sed hic & in æternum exhilaret.

Moses est terribilis, & vultu aultero præditus, maledictos enim pronunciat omnes, qui non omnia, quæ in lege scripta sunt, implent, Deut. 27. v. 26. Sed Salvator noster recens natus, apparet in forma amabilis & suavissimi infantuli: propterea non metuemus ipsum, sed cum læticia accedentes, infantulum è cunis arreptum osculemur juxta instructionem Davidis, Psalm. 2. v. ult. *Hoc consolatione plenissimum est.* Interea ansam habemus, infirmitatem nostram agnoscendi: Nemo enim nostrum vir nascitur, sed omnes in utero matris fingimur, ibique quasi captivi teneamur norem menses, *inter stercore & urinas*, ut Bernhardus loquitur: quin sæpius accidit, ut homo in utero materno vitam finiat, *sepultus ante, quam natus*: Si partus appropinquat, mater dolens clamat in doloribus suis, Esa. 26. v. 17. præsertim si usque ad partum venit, & virtus non est parien-

di. Esa. 37. v. 3. unde sæpiusculæ foetus aut æger & imbecillus, aut mortuus in lucem editur. Quin non raro accidit, ut matres cum infantibus expirent, & homo in homine sepulchrum inveniat experientia teste, ut non immerito piæ matri-familias conquerendum, cum Rebecca: Si mihi sic futurum erat, quid necesse fuit concipere: Gen. 25. v. 22.

Et si hæc omnia non contingant, sed homo sanus, & feliciter ex utero materno egrediatur, tamen creatura adeo miserabilis est, ut inter omnia animalia miserior non inveniatur.

1. *Ratione paupertatis.* Omnes cæteræ creaturæ, habent munimenta sua, quibus sese adversus omnes incommoditates defendere & tueri queant, *cortex ambit arborem, penna tegit volucrum, piscem squama operit, lana ovem induit, pilus jumenta vestit, concha est studinem excipit, solus homo inermis nascitur & nudus*, ut Hugo loquitur. Hinc Jobus ait: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, Job. 1. v. 21.

2. *Ratione infirmitatis.* Projicitur enim ex utero, Psalm. 22. v. 11. & jacet inquinatus in sanguine suo, Ezech. 16. v. 6. nec tantis viribus pollet, ut in pede stare manu reclinare, aut caput erigere, ne dicam, ambulare, valeat. In his multa animalia eum antecellunt. Gallinæ pullus vile est animalculum, sed vix testa egressus, movet se & discurret. Idem faciunt porcelli, vituli, & alia animalcula. Ino vermes atque thermides movent se rependo: homo vero, quo reponitur, jacet: & longius ad se erigendum, standum, & ambulandum

dum tempus requirit: Quin sapius evenit, ut dum stare & ambulare discit, gravi lapsu ex improviso lædatur, & per omnem vitam claudus incedere teneatur, uti Mephiboseth, 2. Sam. 4. v. 4.

3. *Ratione calamitatis.* Ideo mundum primo à nativitate intuitu, lachrymis salutat. Lachrymare enim prima nostra vox est, in lachrymis nascimur, cum lachrymis deferrimur in sepulchrum. Hinc Salomo: primam vocem similem omnibus emisi plorans: in involumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habet nativitatis initium, Sap. 7. v. 3. & seqq.

Hæc omnia Iesulus recens natus nativitate & incarnatione sua sanctificavit, dum communi & usitato pariendi modo, ut naturalis mulieris filius in hunc mundum natus est, pauper & ærumnosus, ut textus indicat, peperit filium suum primogenitum: & pannis eum involvit, ut reclinavit eum in præsepio. Hinc Lutherus in Postilla Ecclesiastica: Non possumus Christum adeo profunde in naturam & carnem trahere, ut non consolationem nobis pariat: ideo, quod gratiæ adversum non est, ipsi & matri ejus non denegandum: Qui Deus gratiam suam præclarius exhibere potuisset, quam quod adeo profunde carni & sanguini se immergit, ut etiam quod in natura secretum est, non contemserit, & naturam eo loco maxime honoret, ubi in Adamo & Eva, maximum opprobrium subiit. Wir können Christum nicht so tieff in die Natur und in das Fleisch ziehen / es ist noch tröstlicher: Darum / was nicht wider die Genad ist / sol man seiner und seiner Mutter Natur gar nichts ablegen: Wie hätte

te Gott seine Güte herrlicher können zeigen / denn daß er sich so tieff in das Fleisch und Blut sencke / daß er auch die natürliche Heimlichkeit nicht verachtet / und die Natur an dem Ort auß allerhöchste ehret / da sie in Adam und Eva auß allerhöchste zu schanden worden ist. Hinc canit Ecclesia:

Qui clauditur nullo ambitu,  
Matris quiescit in sinu,  
Factus puellus parvulus,  
Qui cuncta servat maximus.

*Qui semper obte-  
peltat  
Sine maris dicitur  
hic factus parvulus  
Qui cuncta servat  
unig.*

Den aller Weltkreiß nie beschloß /  
Der ligt in Marien Schoß /  
Er ist ein Kindlein worden klein /  
Der alle Dinger hält allein.

Denique *notitiam nostræ* discimus, quando consideramus

III. *Angelorum hymnum.* Simulac enim celestis nuncius, qui sine dubio Archangelus Gabriel fuit, Pastoribus Bethlemiticis bonum nuncium attulit, & dixit: Ne timeatis, vobis enim hodie natus est Salvator, qui est Christus in civitate David. Subito quoque facta est cum Angelo multitudo militiæ celestis, laudantium DEUM & dicentium: Gloria in excelsis DEO, & in terra pax, & hominibus beneplicitum.

Hoc artificiosissimum est Tricinium. Discantur triplici constans; est enim i. *Vox glorificantium*, nempe in primo versiculo, ita sonante: Gloria in excelsis Deo.

Protoplasti honorem Dei ambiverant dum non contenti eâ conditione, in qua constituerat eos Deus, instinctu Satanz

de fructu vetito comederant, perfuadentes fibi, fe fimiles Deo futuros, Gen. 3. v. 5. Hoc Jefulus recens natus expiavit, fanctiffimâ incarnatione fuâ, & tanquam alter Adam reparavit, quod primus Adam in paradifo perdiderat, Rom. 5. v. 18.

Nunc Deus viciffim agnofcitur & celebratur, quod fit *Deus benigniffimus*, qui proprio filio non pepercerit, fed pro nobis omnibus tradiderit illum, Rom. 8, 32. *Veraciffimus*, qui verba fua impleverit, & fecerit redemptionem plebi fuâ, Luc. 1. v. 68. *juftiffimus*, qui fine fatisfactione hominem in gratiam recipere non potuerit; fed filius ejus antè homo fieri, & juftitiæ Dei, fatisfacere debuit, factus unus ille mediator Dei & hominum, qui feipfum dedit pretium redemptionis pro omnibus, 1. Tim. 2. v. 5. 6. *fapientiffimus*, qui mirabile confilium inierit de falute noftrâ, & magnificaverit fapientiam, Efa. 28. v. ult. æternâ redemptione inventa, Hebr. 9. v. 12. *Omnipotentiffimus*, cujus dextera omnia mutare poffit, Pf. 77. v. 11.

Hoc cum fanctis Angelis celebremus, dicentes: Non nobis Domine, non nobis, fed nomini tuo da gloriam, Pfalm. 115. verf. 1.

2. *Vox gratulantium*, fic enim porrò canunt: Pax in terris, quò ipfò intelligitur pax confeientia, quæ exuperat omnem fenfum, Phil. 4. v. 7.

Antè nil nifi inimicitia erant inter Deum & homines: peccata enim nos & Deum noftrum diviferant, Efa. 59. v. 2. Sed natus hic puerulus, pacis virens oleæ folium attulit, unde princeps pacis vocatur, Efa. 9. v. 6. Hanc fidem hodiè fancti Angeli publicè proclamant, ut certi fimus, Deum non amplius irafci: fed futu-

rum nobis in patrem, & nos ipfi in filios & filias, 2. Cor. 6. v. 16.

3. *Vox bene ominantium*. Et hominibus beneplacitum.

Antè abominabiles Deo eramus in fanctiffimis ejus oculis, Gen. 6. v. 5. Sed poftquam Chriftus carnem noftram induit, & nos Patri reconciliavit, in Chriftum filium fuum credentes mirificè amat; in fanctis, qui funt in terra ipfi omne beneplacitum, Pfal. 16. v. 3. Deliciae meæ cum filiis hominum, Prov. 8. v. 31. Eph. 1. v. 6.

*Hic teipfum proba, an debitâ animi lætitiâ, Deo celeftri Patri, pro incarnatione filii fui gratias egeris, & hymnos de nativitate Chrifti folatii pleniffimos, domi & in templo fideliter perfonneris.* Non dubito, quin insignis ofcitantia apud plerofque inveniatur.

Hic audimus, fanctos Angelos noftros Præcentores effe, quidni nos cum iisdem fonora voce intonaremus? Non enim filius Dei Angelos, fed femen Abrahæ adfumfit, Hebr. 2. v. 16. parvulus natus eft nobis, & filius datus eft nobis, Efa. 9. v. 6. hæc tanta gloria eft, dicente Luthero, ut Angelus optaret fe hominem effe: quidni nos cum fanctis Angelis caneremus:

Soli Deo fit gloria,

Laus pro benignitate:

Quod nulla tangant nos mala,

In hac fecuritate.

Favore nos fovet Deus,

Pax alma floret fortius,

Ceffante iniquitate.

Allein Gott in der Höh sey Ehr!

Und Danck für feine Genade!

Darum daß nun und nimmermehr!

Uns rühren kan kein Schade:

E 3

Ein:

*In caelis Deo gloria  
Et pro favore gratæ  
Quod jam non, nec in  
Secula  
Nos tangant ulla cla-  
des.  
In nobis Deo compla-  
cat  
Aeterna pax jam ob  
linea  
iam oes libes  
len*

Ein Wolgefalln Gott an uns hat /  
Nun ist groß Fried ohn Unterlaß /  
All Fehd hat nun ein Ende.

Hæc laudatio jucunda & decora est, Pl.  
147. v. 5. Qui itaque in ea oblectationem

quæret hic in militante Ecclesia: ille in gradu excellentiori Gloria suum resonabit in triumphante, in seculum.

Fiat id per Christum, Dominum & Servatorem nostrum, Amen!



## Alia Concio.

In quâ aliera pars Evangelii festivalis pertractatur.

### EXORDIUM.

**I**ussit Deus juxta alium ornatum summi Pontificis, pectorale confici, quod summo Sacerdoti in humerali portandum, super pectus suum, in quo erat URIM & THUMIM, doctrina & veritas, Exod. 28. v. 15. & seqq.

*Mysticam hoc habet significationem.*

Nos omnes Sacerdotes sumus coram Deo, tales nos Christus sanguine suo initiavit, Apoc. 1. v. 6. iccirco nobis spirituale humerale gerendum, quod non Purpura Imperatoris, nec Pontificale Pontificis, sed vestimentum salutis, Esa. 61. v. 10. quo in baptismo induti sumus, Gal. 3. v. 28. Nempe innocentia & justitia Domini nostri Jesu Christi, qua consistere possumus, ne obmutescamus, quando Rex intrabit, ad videndum discumbentes, Math. 22. v. 11. 12.

Quemadmodum igitur summus Sacerdos in humerali gerebat Urim & Thumim, quæ distinctæ gemmæ erant, clarissimum jubar de se edentes, quando Dominus consulebatur, ut hinc responsio colligenda esset, sicut nonnulli sentiunt, quamvis alii aliter opinentur, adeoque incertum sit, quid fuerit.

Sic nos decebit, Urim & Thumim, doctrinam & veritatem semper in corde no-

bisicum portare, ut rectè credamus, & piè vivamus, quæ summatotius rei est, Eccl. 12. v. 13. & præcipuè consistit in notitiâ nostri, & Domini nostri Jesu Christi.

Quod *notitiam nostri* attinet, ea tam necessaria est, quàm quæ maximè. Multum admiratione intuentur summitatem montium, declivitatem rupium, accessum & recessum maris, latam cœli circumferentiam, multitudinem stellarum,

In sese verò tentat descendere nemo. Ut Poëta canit. In propria domo sumus alienigenæ, in aliena curiosi, 1. Tim. 5. v. 13, 2. Thess. 3. v. 11.

Genuini Christiani non susq; deq; habeant hoc, sed seipso probent, 2. Cor. 13. v. 5. *Hoc quidem difficile, sed beatum est*, ait Augustinus. Quod si nosmetipso judicarem, non utique dijudicarem, 1. Cor. 11. v. 31.

Sed non sufficit hoc: ulterius potius procedendum est, & opera navanda, ut Patrem cœlestem, & Filium ejus Jesum Christum, quomodo in verbo suo se manifestavit, rectè agnoscamus, agnitumq; colamus, in quo vita æterna consistit, Joh. 17. v. 3.

Postquam itaque in præcedente Con-

cione



cione *Ανθρωπολογίαν*, five *notitiam noſtri* confideravimus: jam ad alteram Evangelii partem tranſibimus, contemplaturi, *Χριςτολογίαν* five *notitiam Domini noſtri Jeſu Chriſti*.

J. J.

*Exegeſis.*

Sapientiffimus Regum Salomo, cujus ſimilis nunquam fuit, neq; erit, 1. Reg. 3. v. 13. ænigma confiderabile nobis omnibus proponit, quando ait: Quis conſtituit omnes terminos terræ? quod nomen eſt ejus, & quod nomen filii ejus, ſi noſti? Prov. 30. v. 4.

Triplex hęc quæſtio occurrit, 1. enim quærit: *quis conſtituit omnes terminos terræ?* Hoc nemo alius fecit, quàm magnus ille Jehova Elohim, qui cœlum & terram non modò creavit: ſed & cum in principio aqua & terra in chaos permixta erant, dividit, & cuique terminum ſuum conſtituit, Gen. 1. v. 9. ipſe definiit regiones, & terminos habitationi hominum, Act. 17. v. 27.

2. Quærit: *Mah ſchemo, quodnam eſt nomen ejus?* Ethnici Deos ſuos variis nominibus indigarunt: ſed nomen veri, vivi & æterni Dei ipſis ignotum fuit, unde Paulus, Rom. 1. v. 21.

3. Quærit: *quod nomen filii ejus?* Judæi mirabiles hęc gloſſas conſingunt, ſed verba clara ſunt: Quis conſtituit omnes terminos terræ? & quod nomen filii ejus? Ex quo irrefragabiliter conſequitur, quòd magnus ille Jehova, qui omnes terræ terminos conſtituit, etiam filium habeat, quem ab æterno ex eſſentia ſua genuit juxta illud Davidis, Pſal. 2. v. 7.

Hoc myſterium ratione noſtrâ nullatenus comprehendi poteſt; *Licet ſcire, quod natus, non licet diſputare, quomodo natus,* ait Ambroſius. *Novit quem genuit pater, novit, qui genitus eſt filius,* juxta Nazianzenum, & ſic manet magnum pietatis Myſterium, 1. Tim. 3. v. 25.

Si Evangelium noſtrum inſpicimus, & notitiam Chriſti ex eo diſcere cupimus, hęc filius, magni illius Dei, qui orbis terminos conſtituit, nobis proponitur:

1. *Tanquam frater & conſanguineus noſter ſuaviſſimus,* ſic enim Angelus: Nolite timere: Ecce enim, evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. Quod coincidit cum illo Johannis: Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Joh. 1. v. 14.

Habemus itaque talem Salvatorem, qui carnem & ſanguinem noſtrum induit, nobiſq; fratribus ſuis in omnibus ſimilis factus eſt, excepto peccato, Hebr. 2. v. 17. Hoc demonſtrant

1. *Humana nomina,* quæ ipſi in ſacris paſſim assignantur. Vocatur enim homo, 1. Tim. 2. v. 5. Filius hominis, Joh. 6. v. 53. Dan. 7. v. 13. Semen mulieris, Gen. 3. v. 15. Semen Abrahæ, Hebr. 2. v. 16. Filius & fructus ventris Davidis, 2. Sam. 7. v. 12. Pſalm. 89. v. 36. Matth. 1. v. 1. & cap. 22. v. 42. Fructus lumborum ejus, Act. 2. v. 30. Filius Mariæ, Luc. 1. v. 31.

2. *Humana principia.* Præditus enim eſt animâ rationali, Matth. 26. v. 38. quam dedit redemptionem pro multis, Matth. 20. v. 28. & Patri commendavit, Luc. 23. v. 46.

v. 46. Habet veram humanam vitam, quam potest ponere & sumere pro lubitu, Joh. 10. v. 17. Habet verum humanum corpus, Luc. 22. v. 19. & quæ ei adpertinent, nempe carnem, Joh. 7. v. 54. Sanguinem, Matth. 26. v. 28. Ossâ, Luc. 24. v. 39. caput, Matth. 8. v. 9. faciem, Matth. 17. v. 2. Os, Matth. 5. v. 2. Linguam, Esa. 55. v. 9. Oculos, Luc. 6. v. 20. Aures, Psal. 40. v. 7. Manus, 1. Joh. 10. v. 28. Pedes, Marc. 5. v. 22. & sic ulterius.

3. *Humana attributa.* Quod enim corpus attinet, ei assignatur ætas, Luc. 2. v. 52. Fames, Matth. 4. v. 2. Sitis, Joh. 19. v. 28. Lærymæ, Luc. 19. v. 41. Sudor & quidem sanguineus, Luc. 22. v. 24. Dolor, Hebr. 5. v. 8. & tandem mors. Matth. 27. v. 50.

Animam verò quod attinet, de illâ intelligendum est, quod Esaias de Filio virginis ait: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum, Esa. 7. v. 15. ideoque ipsi adscribitur intelligentia, Luc. 2. v. 47. voluntas, Joh. 5. v. 30. Desiderium, Luc. 25. v. 15. Caritas, Joh. 13. v. 34. Gaudium, Matth. 11. v. 25. Tristitia, Matth. 26. v. 28. Ira, Marc. 3. v. 5. infremere, Joh. 11. v. 33. & si quæ alia.

4. *Humana opera,* edit enim, Luc. 24. v. 43. & bibit, Joh. 4. v. 7. Laboravit, patri putativo in fabricando adjutor, unde faber Marc. 6. v. 3. appellatur. Ambulavit de loco in locum, Matt. 4. v. 12. Natus est, ut alius homo, Matth. 2. v. 2. Luc. 2. v. 7. Ut alius homo crevit, Luc. 2. v. 53. Ut alius homo defatigatus, Joh. 4. v. 6. ut alius homo passus, crucifixus, & mortuus. Matth. 27. v. 50. & seqq. Hinc Hebr. 2. v. 17. 18. Quemadmodum pueri communicaverunt, &c. Inserviant hæc consolationi nostræ. *Multum origini humana datum est, quod fecit nos Deus ad imaginem suam: sed*

*longè amplius reparationi nostræ tributum, quando ipse Deus ad imaginem nostram factus est,* ait Leo.

Agathocles erat figuli, Aurelianus pelionis, Willegisus plaustrarii filius, & tamen primus Rex, secundus Imperator, tertius verò Episcopus evasit, quis honos inde in totum genus eorum redundavit? Sed multò beatius nobis, quod filius Dei unigenitus homo, & ita frater noster factus est.

Cùm Saulus Israelitarum Rex in acie adversus Philistinos periisset, venerunt universæ tribus Israël ad Davidem in Hebron, dicentes: Ecce, nos os tuum, & caro tua sumus: non dubitantes, quoniam consanguineus eorum esset, quin ipsi præsidio & auxilio futurus sit, 2. Sam. 5. v. 1.

Hæc fiducia freti, & nos Jesulum recens natum accedere possumus, dicentes: O dilectissime Emanuel! ô suavissime Jesule! ecce nos os tuum & caro tua sumus, esto nobis misericors, ut est nobis fiducia tui, & serviemus tibi in justitia & sanctitate coram te omnibus diebus nostris, Luc. 1. v. 75.

Filii Jacobi gravissimè offenderant fratrem suum Josephum, cùm verò ipsi supplicarent, & dicerent. Obsecro, ut obliviscaris scelera fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te. Tum animus commiseratione afficiebatur, ut lacrymas emitteret, dicens: Nolite timere: Ego pascam vos, & parvulos vestros: consolatusq; est eos, & blandè ac leniter locutus est, Gen. 50. v. 17.

Et nos quoque sæpius & gravius contra fratrem & Immanuelem nostrum delinquimus, quando verò seriâ contritione & pœnitentiâ ipsi supplicamus, tum obliviscitur peccatorum, iram dimittit, & con-

tur-

In Feflo Nativitatis Chrifti.

urbantur ipfius viscera, ut miferans miferetur noftrum. Jer. 31. v. 20.

II. *Tanquam Mefias & Salvator mundi certiffimus.*

1. *Ratione temporis.* Mefias in carnem venire debebat, fceptro de Juda ablato, Gen. 49. v. 10. Factum hoc erat, non enim Regem Judæi habebant, fed Cæfarem agnofcebant Dominum fuum, Joh. 19. v. 15.

2. *Ratione civitatis*, quæ erat Bethlehem, Mich. 5. v. 1. Et hoc impletum eft: etfi enim Jofephus & Maria non in Bethlehem, fed Nazareth habitarunt: tamen Deus providentiâ fuâ ita direxit, ut Cæfar Auguftus univerfalem cenfum indici curaverit, cujus occasione in civitatem Bethlehem profecti, nomina fua profefsi funt, quoniam uterque è domo & familia Davidis erat; ut Evangelifta perfpicuè indicat. Hoc artificio Deus fæpius uti folet, unde Auguftinus: *Deus nihil mali finit accidere, ex quo non aliquid boni poffit elicere.* Mirabilis enim Deus eft in omnibus operibus fuis, Sir. 11. v. 14. & tamen omnia in bonum finem dirigit, ut Deum diligentibus omnia in bonum cedant, Rom. 8. v. 28.

3. *Ratione ftirpis.* Mefias è ftirpe Davidis oriundus erat, Efa. 11. v. 1. Jerem. 3. v. 15. Hæc vaticinia in Chrifto impleta funt, qui natus eft ex femine David, fecundum carnem, & declaratus Filius Dei, in virtute fecundum fpiritum fânctificationis, Rom. 1. v. 3. Hinc non modò à populo: fed ipsis quoque pueris ipsi acclamatum: Hofianna Filio David. Matt. 21. 9.

4. *Ratione matris.* Mefias nafcendus erat ex matre virgine, Efa. 7. v. 14. Hoc quoq; Mefiæ noftrò congruit: Mater enim ejus virum non cognoverat, Luc. 1. v. 34. Hinc Ecclefia:

Non ex virili femine (Non ex Viri fanguine)  
Sed myftico fpiramine (Sed ex Dei munere)  
Verbum Dei factum eft caro, Verbum Caro gaudet  
Fructusq; ventris floruit. (Germen ventris floruit)

Nicht von Manns Blut noch vom Fleifch!  
Allein von dem heiligen Geift!  
Ift Gottes Wort worden ein Mefch!  
Und blüth ein Frucht Weibes Fleifch.

Hoc novum illud eft, quod Dominus fuper terram creare permittit. Fœmina circumdabit virum, Jer. 31. v. 22. *Novo enim nafci debebat modo, nove nativitatis Dedicator*, Tertulliano dicente.

Quod fi itaq; factus effet homo è viro, fine mulieris admixtione, non novum foret, fic enim Evam Deus è cofta Adami creavit, Gen. 2. v. 22.

Si homo factus, fine viro & muliere, neque hoc novum effet, fic enim Adamus formatus à Deo eft. Gen. 2. v. 7.

Si natus è naturali viri & mulieris commixtione, itidem novum non effet. Hoc enim modo nos omnes progignimur, fi quidem Deo placuit, ut ex uno fanguine omne genus humanum, inhabitaret fuper univerfam faciem terræ, Act. 17. v. 27. Propterea Mefiam fine viri additione ex Muliere duntaxat natum voluit, Luc. 2. v. 34. quâ ratione etiam mulieris femen ille appellatur, Gen. 3. v. 15.

5. *Ratione modalitatis.* Mefias debuit pauper nafci, Zach. 9. v. 9. Hoc impletum: Regnum enim ejus non erat de hoc mundo, Joh. 18. v. 36. Despici debuit à fuis, Efa. 53. v. 3. Hoc quoque impletum: Venit enim in propria, & fui cum non receperunt, Joh. 1. v. 11. Cum commotione cœli & terræ venire debuit, Hag. 2. v. 7. Non minus hoc impletum, fi quidem univerfus exercitus cœleftis in nativitate ejus fe com-

F

movit,

novit, & egregio hymno cum excepit: Gloria in excelsis Deo, pax in terris, & hominibus beneplacitum, Luc. 2. v. 14. quin & Rex Herodes nuncio hoc percussus, & cum eo tota Hierufalem, Matth. 2. v. 3. De miraculis, quæ Dominus abundanter paravit, jam nihil dicemus, quæ sole clarius comprobant, quod idem ille fit, de quo Sancti Prophetæ subinde vaticinati sunt, imprimis Esaias cap. 35. v. 4. Ad quod vaticinium Chriftus ipse discipulos Johannis Baptistæ relegat, Matth. 11. v. 4. 6.

Apparet hinc

1. *Judaorum cæcitas*, qui his omnibus spreto, hunc salvatorem, de quo Evangelista memorat, abjiciunt, præfractè nolentes, eum regnare super se, Luc. 19. v. 14.

Quoties falsus aliquis Messias surrexit, facile seducti, cum secuti sunt, sicut Gama-liel duo exemplarecenfet, Act. 5. v. 36. 37.

Quid eveniebat Ægyptio illi, qui anno Chrifti 56. surgebat, collectis quatuor virorum millibus, quibus pollicebatur, Romanos se è regione Judaicâ expulsum, Judæosq; pristina libertati restitutum? Nonne tribunus Felix eum cum pluribus trucidavit? Act. 21. v. 38.

Sic ætate Adriani Imperatoris contigit, ut quidam pro Messia se venditaverit & Barchochabam h. e. filium stellæ vocaverit, alludens ad prophetiam Bileam, quò majorem ad omnes ausus sibi autoritatem conciliaret, stellam enim illam se esse profitebatur, à Deo missum, ut Judæos ab ethnicorum jugo liberaret. Principiò omnia ex voto ipsi succedebant, occupatis in Judæâ 50. castellis, & 980. vicis. Muniebat quoque civitatem Bethoron, ex quo Romanis multum damni inferebat. Sed tertio post anno, hæc stella subito evanescebat, o-

mnibus, qui à parte ipsius stabant, intercumbentibus. Adrianus enim oppidum illud obsidebat, tres annos & sex menses, & armatâ manu occupabat: tum impostor Messias cum multis millibus interficiebatur, id eoque à Judæis non amplius Barchochab filius stellæ, sed Ben Corba, h. e. filius mendacii dicebatur.

Adhuc in hodiernum diem Judæi adeò obdurati sunt, ut, licet sciant, tempus præterisse, quod Deus adventui Messie definit: tamen nostrum Messiam non recipere, sed alium expectare malint. Sed frustra omninò: Non enim alius Messias veniet, usque ad diem novissimum: ubi Jesus revelabitur de celo, cum Angelis potentie suæ, divisurus dolores furoris, Job. 21. v. 17. super omnes, qui primum ejus adventum spreverunt, ubi adspicient, quem confixerunt, Zach. 12. v. 10.

2. *Christianorum felicitas*. Latibundè enim dicere possumus cum Andréâ: Invenimus Messiam. Et cum Philippo: quem scripsit Moses in lege & Prophetæ, invenimus, Joh. 1. v. 41. & 45.

Quod si verò Messiam invenimus, satis securi sumus, quod Jesus recens natus Salvator ille sit, qui saluti omnium gentium natus, & mundum ingressus est: securi quoque sumus de redemptione nostrâ, quod per illum peccatum obfignatum, iniquitas expiata, & justitia sempiterna adducta sit, Dan. 9. v. 24. neque enim per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit in sancta, æternâ redemptione inventâ, Hebr. 9. v. 11.

Ipse est benedictum illud semen mulieris, quod serpentis caput contrivit. Gen. 3. v. 15. Ipse est scala cæli, per quam ad Deum ascendere possumus, Gen. 28. v. 12. Ipse est

In Feflo Nativitatis Chrifti.

eft Deus & Godeſtoster, qui nos è terra ſuſcitabit, Job. 19. v. 25. Et Jehova juſtitia noſtra, Jerem. 23. v. 6. qui in eum credit, juſtus eſt, Rom. 10. v. 4. Eſt bonus ille paſtor, qui ovibus ſuis daturus eſt vitam æternam, Joh. 10. v. 28. Eſt Sol juſtitia, qui nos illuminabit, Mal. 4. v. 2. Agnus Dei, qui peccata noſtra auferet, Joh. 1. v. 29. Cornu ſalutis, quod nos ſalvabit, Luc. 1. v. 69. Verum illud propitiatorium, in quo exauditionem precum, remiſſionem peccatorum, vitam & ſalutem conſequi poſſumus, Rom. 3. v. 25. Hebr. 4. 16. Act 10. 43.

III. *Tanquam paupertatis conſecrator meritiffimus.* In tenebricoſo enim ſtabulo naſcitur, & in duro præſepi reclinatur, quia alias locus non erat in diverſorio. O pauperiem pauperiſſimam! O nativitatem miſerrimam!

Regi Davidi Hieroſolymis filius naſcebatur, at non in ſtabulo, ſed in caſtro. 2. Sam. 11. v. 27. Sed hic eſt Rex gloria, Pſalm. 24. v. 7. qui omnia portat verbo potentia ſua, Hebr. 1. v. 3. Et ecce! in ſtabulo naſcitur, & duriffimo præſepi imponitur. Ecce! quam exigua magni pompa puerperii! Civitas parva, domus paupercula, ſupellex exigua. Nulla domus ambitio niſi reclinatorium in ſtabulo. Mater in feno, filius in præſepio. Tale elegit fabricator mundi hoſpitiū, huiusmodi delirias habuit virginis puerperium! Cyprianus. Hæc omnia noſtri gratia facta ſunt. Scimus enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, 2. Cor. 8. v. 9.

*Natus eſt in publico diverſorio*, in ſolariū peregrinantium, ſi quandoque etiam vili hoſpitiū potiuntur, ut cogitent, idem quoque recens nato Jeſulo accidiffe, & omnia moderatè ferant, freti eà ſpe,

peregrinationem tandem aliquando finitum iri: ubi ex triſtiſſimo hoc diverſorio transferentur in cœleſtem Hieroſolymam, ubi abundantia gaudiorum in vultu Dei, & delectationes in dexterâ ejus, in æternum, Pſal. 16. v. ult.

*Natus eſt in ſtabulo*, ad inſignem animi humilitatem ſuam indicandam. Apoſtolus miratur, Salvatorem noſtrum humiliorem factum Angelis, dum non Angelos, ſed Abrahæ ſemen aſſuſerit, Hebr. 2. v. 6. Hic autem perſpicimus, quòd non modò humilior Angelis: ſed & aliis hominibus vilior appareat. Naſcitur enim in ſtabulo, quod pecoribus deſtinatum eſt, cum è contrario homines domicilia ſua, in iisq; hypocausta & cameras habeant, in quibus habitent.

Solatium hinchauri, mi Chriſtiane! Dominus ille qui in ſtabulo reclinavit, ſemper ad te veniet, ubicunq; locorum ſis, nec te orphanum relinquet, Joh. 14. v. 18. Si in exigua caſulâ, in magna inopia tibi vivendum, en! Jeſulus tuus, qui idem expertus eſt, eò magis compatietur tibi, Hebr. 4. v. 15. eſt enim refugium pauperi, Pſalm. 9. v. 10. & cuſtodit omnes diligentes ſe, Pſ. 145. v. 20. Jac. 2. v. 5.

*Involutus quoq; eſt pannis detritis*, iisq; in præſepi reclinatus eſt, ut ſuperbiam atque luxuriam noſtram expiaret, quam veſtibus pretioſis, byſſo, Luc. 16. v. 19. lectis eburneis, Amos 6. v. 4. exercemus. Inſimul etiã pauperiem noſtram ſanctificavit, ut illi, qui laceratis pannis veſtiti ſunt, aut in ſcamno aut ſtramine requieſcunt, ſolatium habeant, Chriſtum quoq; in hoc ordine fuiſſe.

Sicuti autem non ſemper in præſepi remanſit, ſed tandem cœlos aſcendit, ubi ſedet ad dexteram Dei, cum ſum-

mā majestate in regno patris : Sic etiam piis Christianis hoc solatium repositum est, quod tandem similiter ventari sint in regnum Patris, ubi mansiones multæ sunt, Joh. 14. v. 2. ubi non amplius in laceratis pannis incedent: sed stolis albis amicti, palmas in manibus gerentes, clamabunt voce magnâ, dicentes: Salus ei, qui sedet super thronum Dei nostri, & agno, Apoc. 7. v. 9. 2. Tim. 2. v. 11. Hinc Ecclesia:

*Diving Patri,* Proles Parentis Optimi,  
*Hospes orbis,* Hospes fit orbis turbidi,  
*Edunt orbis,* Nos liberat doloribus,  
*colas* Solatur in cœlestibus.  
*Ad anbas suas* Inops salutat Orbitam,  
*coelicas* Ut largiatur gratiam,  
*in terras venit* Ditet in arce ætheris,  
*indigen* Equans beatis Angelis.

*Nostra facta* \*\*\*\*\*  
*Daburg coelij* \*\*\*\*\*  
*et angelis nob comparat* \*\*\*\*\*  
Dominica post Nativitatem Christi.  
Evangelium Luc. 2. v. 33. -- 40.

EXORDIUM.

Cum Patriarcha Isaac egressus fuisset ad meditandum in agro, inclinâtâ jam die, domum reversuro, Rebecca suavissima obviavit, cujus conspectu valdè exhilaratus, introduxit eam in tabernaculum Saræ, matris suæ, & accepit eam in uxorem, & dilexit, Genes. 24. v. 63. 67.

Tria hic observanda nobis proponuntur.

1. Opus, quod pius ille Patriarcha subiit, nempe egressus est in agrum. Sancti Patriarchæ alienigenæ erant in terrâ Canaan, neque habitabant in oppidis: sed sub dio, in agris tentoria sua fixerunt, quæ

*facit omnia,*  
Hæc cuncta nobis præstitit,  
Dilectio quò certa sit, *Charitate cogni*  
Letetur hinc Ecclesia, *triumphet ut e*  
Grates canens in secula. *Gratias huic sig*  
Der Sohn des Vaters Gott von Abrah  
Ein Gast in der Welte ward /  
Und fñhrt uns auß dem Jammerthal /  
Er macht uns Erbn in seinem Saal.  
Er ist auff Erden kommen arm /  
Das Er unser sich erbarm /  
Und in dem Himmel mache reich /  
Und seinen lieben Engeln gleich.  
Das hat er alles uns gethan /  
Sein groß Lieb zu zeigen an /  
Des freu sich alle Christenheit /  
Und danck ihm des in Ewigkeit /  
Amen / Amen.

ita comparata erant, ut ea tollere, & pro qualitate victus, qui ut plurimum in re pecuariâ versabatur, de loco in locum transportare possent. Propterea quæque templis carebant, usque dum Moses, Dei jussu sanctuarium, Exod. 25. v. 1. & Salomo templum ædificarunt, 1. Reg. 6. v. 1. Sed Altari duntaxat exstructo, conveniebant, nomen ibi DEI invocantes, exemplo Noah, Gen. 8. v. 20. Abrahami, Gen. 12. v. 7. Isaaci, Gen. 26. v. 25. Jacobi, Gen. 33. v. 20. Hoc erat templum ipsorum, sicut Deus adhuc hodiè ubique locorum præsens est. Non enim